



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1618. usque ad annum 1620

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118847

§. 54. Propositum de nuptiis inter Angliæ Principem & Hispani Regis Filiam conciliandis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67326](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67326)

Sæc. XVII. me detestatus fuerit, quod cum Turca
 A.C. 1618. fœdus contra Christianos pepigerit, &
 Solymanum adversus Hungariam ani-
 maric.

§. LIV.
*Propositum de nuptiis inter Anglia
 Principem & Hispani Regis Fi-
 liam conciliandis.*

Rapin Hist. Sub idem tempus in Anglia agebatur
d'Angl. l. 18. de conciliandis nuptiis inter Mariam
Annal. Fa- Philippi III. Hispani Regis Filiam, &
cob. I. p. 36. Walliæ Principem Jacobi I. Filium:
& seqq. *Ferreir. Hist.* Hanc in rem Angliæ Rex Rossium in
Hisp. c. 2. Hispaniam ablegabat, ut cum Digbyo
 Anglo Oratore & Lerma Duce Hispano
 Ministro hoc negotium maturaret. Ob-
 stabant Protestantes, qui Angliæ Re-
 gem a pristino cum ipsis fœdere nova
 cum Catholicò Rege affinitate averti
 verebantur: E contrario autem Jaco-
 bus I. ex hoc connubio ampliores sibi
 spes pollicitus, rem toto studio urge-
 bat apud Philippum III. Mariæ Paren-
 tem, cui hoc consilium eo optatius vi-
 debatur, quo certius sperabat, quod
 Religionem Catholicam in Anglia pro-
 movere, simulque Jacobum ab armo-
 rum societate cum Germaniæ Protes-
 tantibus hac via retrahere posset. Huic
 etiam negotio proficuam impendebat
 ope-

operam Gondemarus Comes in aula Sæc. XVII.
 Anglica Hispaniæ Orator, Regi in pau- Sæc. 1618.
 cis charus, qui ea, qua pollebat, re-
 rum gerendarum dexteritate Jacobum
 eo inclinabat, ut promissa dote (*) de
 ceteris ageret articulis, quos inter mi-
 nus expeditus erat Catholicæ Religio-
 nis profitendæ libertas, quam novæ
 Sponsæ, utpote a Parentibus fidei ve-
 ræ addictissimis natæ abnegare, inde-
 cens fuisset. Tandem vero annuente
 Anglo Rege inter Gondemarum Hispa-
 num & Digbyum ac Cottingtonum Ja-
 cobi I. Legatos in hosce quinque arti-
 culos conventum est. I. Summi Pon-
 tificis consensus, legisque gratia præ-
 primis, & quidem a solo Hispaniarum
 Rege impetratur. II. Proles ex hoc
 connubio fuscipiendæ ad neutram com-
 pellantur Religionem, siue Catholicam
 selegerint, id nullatenus successionis
 juri obstaret. III. Sponsæ adjudicen-
 tur famuli Religione Catholici, simul
 que eisdem locus ad Sacra ritu Romano
 peragenda congruus permittatur, lici-
 tumque sit Religiosis, ceterisque Ec-
 clesiasticis pro more suos deferre habi-
 tus. IV. Prius juxta Concilii Tridentini

N 5

tini

(*) Duas, ut vocant, millions Hispanus
 offerebat, quodnam vero monetæ genus fue-
 rit promissum, nullibi reperire potuimus.

Sæc. XVII. tini præscriptum nuptiæ in Hispania
 A.C. 1618. celebrentur, postea vero, Sponsa in
 Angliam delata, connubium juxta Re-
 gni Anglici leges ratum, validumque
 habebit. V. Integrum sit Sponsæ,
 sibi feligere Coafessarium, ac compe-
 tentem Sacellanorum numerum, qui
 omnes sint exterí, & ex quibus præ-
 cipuo Regiæ Sponsæ domum in rebus
 Religionem concernentibus dirigendi
 facultas sit concessa. Hos articulos ex
 Hispania in Angliam transmissos Jaco-
 bus Rex ratos habuit, suoque sigillo
 firmavit, atque ita utrinque munitos
 Gondemarus Comes ad Philippum Hi-
 spaniæ Regem ipsus detulit. Re com-
 perta Protestantes in publicas erumpe-
 bant indignationes & querimonias, tri-
 pudiantibus e contrario Catholicis, qui
 oppressæ suæ Religionis firmum sibi in
 nova Sponsa præsidium haud immerito
 pollicebantur.

§. LV.

*Paschalis Baylon Franciscanus Bea-
 torum fastis a Paulo V. ad-
 scriptus.*

Bullar. Inter ceteras curas, quibus Paulus V.
magn. Conf. Pontifex Maximus Dei, atque Ec-
III. Paul. V. clesiæ honorem promovere satagebat,
Menolog. haud infima erat sollicitudo, qua in Pa-
S. Franc. schalis
ad 17. Maij.

